



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 96. Regis edictum contra Condæum Principem, ipsiusque Socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

gebant; in opem quoque accurrerant Sæc. XVII.
 Germani Equites sexcenti a Protestan- A. C. 1615.
 tibus submissi, qui cæsis Ranellii regii
 Præfecti copiis ad Condæi castra pro-
 cesserunt,

§. XCVI.

*Regis edictum contra Condæum Prin-
 cipem, ipsiusque Socios.*

Ipsa severitatis dilatione, temporisque Gramond.
 mora Principum facta ac pertinacia l. c. Calmet
 indies invalescebat, quocirca Franciæ Hist. Univ.
 Rex die decima Septembris edictum num. 85.
 promulgari iussit, quo declaratum;
 Condæum Principem, ceterosque sibi
 adhærentes esse contumaces, rebelles,
 læsæque Majestatis reos, proin contra
 ipsos, eorum bona, famam & posteros
 legum severitate esse procedendum, ni
 ab hujus edicti promulgatione intra u-
 nius Mensis spatium cognito errore Re-
 gis clementiam exorarint. Huic vero
 diplomati intercessit Parisiensis Curia il-
 ludque in acta referre distulit, quam-
 vis non multo post typis mandatum
 prodierit ejusdem Curiae decretum,
 quod tamen omnino supposititium, nul-
 loque Parlamenti assensu vulgatum
 fuisse constabat: quocirca Condæus ve-
 hementiori ira commotus, declarabat,
 vindicandam esse ferro audaciam illo-
 rum,

Sæc. XVII. rum, qui spurium ejusmodi edictum
 A. C. 1615. Parisiensi Curia adscribere, præsum-
 pserunt: Sub idem ferme tempus Rex
 Le Jayum Præsidem Condæo addictum
 in arce Ambatiana includi præcepit,
 rursus vero Parlamentum missis ad Re-
 gem Deputatis eundem e carcere liberari & si legitima detentionis causa sub-
 esset, eam exprimi petebat. Hac au-
 tem iterata oppositione in Condæi fa-
 vorem facta, Regi suspecta esse cœpe-
 rat Parisini sui Senatus fides: unde
 non modo Parisiis validum alebat exer-
 citum, sed etiam Pictonum Provinciam
 numerofo milite inundabat.

§. XCVII.

*Calvinistarum conventus Gratiano-
 poli habitus.*

*Merc. Gal-
 lobelg. t. II.
 l. I.
 Gramond.
 l. c. p. 95.*

Vicissim Condæus Princeps exercitum
 suum novis indies supplementis au-
 ctum in Pictaviensem ditionem pariter
 inferre nitebatur, quocirca a duobus
 validis exercitibus hæc Provincia gra-
 viter pressa pene exhauriebatur. Erat
 tum fœda ubique rerum facies, agro-
 rum vastatio, domorum, villarumque
 incendia, urbiumque direptiones, in-
 super etiam premebantur coloni novistri-
 butis, quæ Fæderati veluti Reges indi-
 cebant, juxta morem Gallis Principi-
 bus,